



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 3. Petrus de Curtenaco Imperator Constantinopolitanus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66406)

Theodorico Archiepiscopo Colonienſi Sæcul. XIII.
A. C. 1216.
depoſito, ut ſuperius memoravimus,

quod Ottonis Imperatoris partibus ſe ſe addixiſſet, Innocentius Papa Canonico- rum illius Eccleſiæ præcipuis, qui ad Con- cilium Lateranenſe venerant, præcepit, ut alium Archiepiscopum eligerent. Illi Godof. 1215.
Coloniam reverſi, & in Eccleſia S. Petri Metropolitanica, prima die Lunæ in Qua- dragelima, octava Martii, anno milleſi- mo ducentelimo decimo ſexto, collecti magnum Præpoſitum Engelbertum Ar- chiepiscopum ſibi cooptarunt. Ipſe er- go, cum die prima Maji ad Comitia ve- niſſet, Sacræ Sedis Legato electionem confirmante, a Rege Friderico Investi- turam accepit.

§. III.

Petrus de Curtenaco Imperator Con- ſtantinopolitanus.

Henricus Imperator Conſtantinopoli- Chro. Antiſſ.
1216. Chr.
G. de Nang.
tanus ante Innocentium Papam fa- ctus functus erat, videlicet die undecima Junii, Theſſalonicæ, anno milleſimo du- centelimo decimo ſexto, annos natus quadraginta duos, poſtquam ut Impe- rator annos decem & totidem ferme menſes regnaſſet. Quia obierat impro- lis, Barones, qui Conſtantinopoli dege- rant, Vicarium Imperii conſtituerunt,
Ff 3 dum

Sæcul. XIII.
A.C. 1216.

Hon. I. ep.
545. ap.
Rain. 1217.
n. 17.

dum alius eligeretur Imperator. Henrico autem defuncto erat soror Jolanda, uxor Petri Curtenacensis, Comitis Antifiodorensis, qui ex ea filiam susceperat, Jolandam de nomine Matris dictam, & Regi Hungariæ Andreae in matrimonium datam. Quare Optimatibus Latinis in Græcia existentibus consilium erat, ut vel generum vel socerum ad Imperium eveherent, generum nempe Principem vicinum & potentiorum, socerum vero tanquam propiorum Regni hæredem. Ergo coronam primo offerunt Regi Hungariæ, qui ea rejecta, professionem suam in Ferram sanctam, ad quam suscipiendam voto obligabatur, accelerare statuit, petita a Summo Pontifice licentia. Inde Legati Constantinopolitani usque in Franciam pervenerunt, & Comes Antifiodorensis, electione suo consensu firmata, omnia itineri necessaria paravit, cum Comitissa conjuge sua Romam aditurus, & coronam Imperii accepturus. Erat Petrus Philippi Augusti Regis patruelis, genitus ex quinto Ludovici crassii Regis filio, qui uxorem Dynastiæ Curtenacensis hæredem duxerat.

§. IV.

Joannis obitus. Henricus III. Rex Angliæ.

I. ep. ap.
Rain. c. 30.
ep. 24.

Honorius Papa in Pontificatus sui exordio